

tis ergo demum post tantam perturbationem animi uiri-
 bus, imperator præfatus, pro obsequiis ueneranda sua amica
 exhibitis, et, pro electione sororis, sanctæ congregationi re-
 mandat innumeras, eamque honori et oneri matris spi-
 ritualis non, ut potuit, imperando, sed, ut piwm decuit,
 postulando, succedere deliberauit, quod et diuina ordinante
 clementia, sine mora peragitur. In solenni namque Mi-
 chaelis archangeli festo, electione iterata, ab Arnulfo eiusdem
 ecclesiæ episcopo, astantibus alijs episcopis, et domina regali
 Sophia sorore sua marare, et nepte sua illustri abbatissa
 Hathwinga, cunctisque regni primatibus utriusque sexus
 coram altari Sancti Petri apostoli principis, et sancti Ste-
 phani Protomartyris honore congruo benedicitur, throno
 domina matris sublimatur, regula commissione, in
 qua se sibi que subiectarum uitam, quasi in speculo spec-
 tare, omniumque solertia regere discat, non modicum
 oneratur, quidque spatij miseratio deinde omnipoten-
 tis concesserit, dignitate eximia et gaudio, non tamen
 sine cura peruigili transactura. Modici igitur interual-
 li spatio, Adelheida præfata Nechtildis genitrix inclita,
 Romanorum imperatrix augusta, qua statum imperij,
 terra manique sibi subacti, una cum suo consorte, au-
 gusto scilicet magno et pacifico Ottone, non minus me-
 ritis moribusque insignierat egregijs, quam ille uiribus
 et triumphis consolidasset eximijs. Post obitum itaque
 eius et ipsa per totum seculo moriens, quasi non sibi
 nata, sed inopum usibus tantum diuinitus esset pro-
 uisa, euidque habere potuit, regni uidelicet censum,
 toto orbe tributario iure, uel etiam donario quasitum,
 inter cætera uirtutum insignia, manibus pauperum,
 in coelestes deportandum thesauros, hilari mente et facie
 commendare non destitit. Vidimus namque eam cre-

grates

Sophia
Hathwinga

Adelheida sacra
de Meribaldj.

”